

inferius tabulæ, circumdans spheram  
nigram, diuisam per circuitum eius, Et  
factum est duo tertia & tertium.

Tertium uero eius habet formã Lu-  
næ crescentis, & pars interior alba sine  
nigredine, & sphaera nigra circumdat  
eam, & forma earum quasi forma duo-  
rum in uno, & Sol simplex. Et hæc est  
imago unius in uno, & hæc sunt simi-  
liter quinque, & fiunt omnia decem, se-  
cundum numerum illarum aquilarum  
& terræ nigræ.

Exposui tibi omnia ista, & compo-  
sui in carmine, & hoc nõ habemus nisi  
à gratia Dei, cuius nomen sit benedi-  
ctum, ut intelligas & cogites bene in  
eo, & super eo, & depinxi tibi imagines  
singulas illius tabule, & quæ in ea sunt  
imagines & figuræ in locis suis in isto  
carmine, quod poteris perpendere ex  
capitulis, quæ significant has figuras.

Exposui etiam & explanauì has de-  
cem figuras, & demonstraui postea fi-  
nem carminis mei, quod plane non po-  
tuit fieri sine carmine, & aperiam tibi  
manifestè, quæ celauit ille sapiens, qui  
fecit